

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis secundi - Fasciculus primus): Vol. II.

London, 1813

Seite 43

TETRANDRIA MONOGYNIA.

11

TABULA 111.

SCABIOSA PLUMOSA.

SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus acutis, foliis lyratis, fructus coronâ obsoletâ; pappo plumoso.

S. cretica, capitulo pappos mentiente. *Tourn. Cor. 34. Herb. Tourn.*

Knautia plumosa. *Linn. Mant. 197.*

In Cretæ rupibus copiosè. ○.

Habitus duarum præcedentium. *Radix* annua, fusiformis, ramosa. *Caulis* pedalis, erectus, ramosissimus, foliosus, teres, tenuè pubescens, multiflorus. *Folia* omnia lyrato-pinnatifida, serrata, pubescentia, mollia, venosa; inferiora latiora. *Pedunculi* elongati, mollè pubescentes. *Flores* incarnato-rosei. *Calyx communis* radio parùm longior, undique pubescens, foliolis lanceolatis, acutis, indivisis, alternis minoribus: *proprius exterior* sulcatus, apice quasi detruncatus; *interior* elongatus, e radiis undecim vel duodecim plumosis, rubicundis. *Corollulae* omnes quinquefidæ, irregulares, acutæ; *radii* parùm majores, apicibus atro-sanguineis. *Stamina* corollâ breviora, lutescentia. *Stigma* obtusum. *Semen* ovatum, pilosum, calyce proprio interiori, undecim- vel duodecim-radiato, plumoso, pedicellato, coronatum, et integumento sulcato, scabro, apice truncato, denticulato, vestitum.

a. Flosculus radii.
C. Fructus integer.

B. Idem germine orbatus, magnitudine auctus.
d, D. Semen, integumento avulso, cum coronâ plumosâ.

TABULA 112.

SCABIOSA INVOLUCRATA.

SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus acutis, foliis bipinnatifidis, fructus coronâ exiguâ, calyce communi pinnatifido.

S. papposa. *Gærtn. t. 36. Linn. Sp. Pl. ed. 1. 101, excluso Tournefortii synonymo; nec Syst. Veg. ed. 14. 146.*

In Cretæ et Cypri collibus, Junio florens. ○.

Radix annua, fusiformis, gracilis, albida. *Caulis* vix pedalis, erectus, ramosus, patens, foliosus, teres, villosus. *Folia* undique villosa, bipinnatifida, laciniis lineari-